



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118588

§. 25. Joachimi Perionii fata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66800)

§. XXV.

*Joachimi Perionii fata.*Sæcul XVI.
A. C. 1559.

Quinto loco inter Ecclesiasticos Scri-
ptores hoc anno mortuos recense-
tur Joachimus Perionius in Parisina fa-
cultate Theologiæ Doctor, ac præcla-
rum Reipublicæ literariæ decus. Hic
Cormæriaci in Turonibus natus, atque
in Benedictino illius loci cœnobio edu-
catus ibidem quoque cum ingenti eru-
ditionis suæ laude obiit: præprimis ve-
ro scientiæ suæ specimen edidit, cum
Aristotelem, quem antea Joannes Argy-
rophylus vertit, ex Græco in Latinum
transferret: cum vero elegantioris styli
potius, quam veritatis rationem plerum-
que haberet, atque nimio studio Cice-
roni suo addictus esset, hinc in vitium,
quod reprehensioni Argyrophylo factæ
oppositum est, incidit; sæpius enim plus
æquo a genuino Auctoris sui sensu de-
viabat: quapropter Nicolai Gruchii viri
doctissimi, & postea Guilielmi Gueren-
tæi censuram expertus est, & cum Lu-
dovico Strebæo literariis velitationibus
ob eandem causam se exercuit: sed ma-
jor illi pro Aristotele contentio fuit cum
Petro Ramo, & Antonio Govea Lusit-
ano: insuper multa Perionius ex Pa-
tribus græcis, aliisque scriptoribus Ec-
clesiasticis pari elegantia in latinum idi-
oma

*Thuan. l. 23.**hoc anno.**Dupin. p. 36.**Baillet ju-**gem des Sca-**vans t. 3. p.*

55.

Sæcul. XVI. oma transtulit, præcipue vero Origenis
A. C. 1559. commentarium in librum Job, necnon
 opera Sancto Dionysio Areopagitæ ad-
 scripta; nec minus unacum annotatio-
 nibus latine reddidit Sancti Justini li-
 bros, D. Basilii Hexameron, Sancto-
 rum Ignatii, & Polycarpi epistolas, vi-
 tam D. Petri a Sancto Clemente con-
 scriptam præter quædam Divi Joannis
 Damasceni opera. Scripsit etiam locos
 communes Theologicos, eosque quoad
 istud Aristotelem, & Ciceronem imita-
 tus Topica Theologica nuncupabat, in
 quibus ex selectissimis sacræ Scripturæ,
 & Patrum testimoniis Catholicam do-
 ctrinam comprobabat, & Melanchtonis,
 aliorumque Protestantium argumenta
 refellebat.

§. XXVI.

Joannis Baptistæ Folengii extrema.

Miræus l. c. **S**extus hoc loco venit Joannes Ba-
Dupin. p. 34. ptista Folengius Ordinis S. Benedicti
Tuan. l. c. alumnus Mantuæ natus, Vir scientia,
 vitæ integritate, ac pietate celeberrimus. Is vitæ Religiosæ institutum Pa-
 tavii in S. Justinæ Cœnobio, cui etiam
 postea præerat, profitebatur, ibidem-
 que die quinta Octobris Anno Christi
 millesimo quingentesimo quinquagesimo
 nono, ætatis suæ sexagesimo mortali-
 tatem exiit, cum suum emendandæ
 disci-